



**De Vita Et Rebus Gestis Christophori Bernardi Episcopi Et
Principis Monasteriensis Decas**

Alpen, Johann von

Coesfeldiae, 1694

37. Principis in eos invectiva. Responsio Monasteriensium.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-68495](#)

1654.

sterienses in primis, haud modicam subière, vel eò facilius superatâ. Nec ex vano spes fuit, nam ab illo tempore *Warendorpianos*, *Christophorum Bernardum* semper experti sunt supra cæteros Civitatis *sic* studiosum.

*Contra
quod
Mona-
sterien-
ses pro-
testan-
tur.*

At verò indignabundi Monasterienses, nonnullos ocyus è Senatu Coesfeldiam allegant, novam hanc cum Principe injuriam expostulatum. Et quamvis difficultem prudentiores accessum præmonerent, nec inutile tantum, sed & pericolosum sic animatis iter. Abiere tamen, & contra quam plerique opinabantur, à Principe admissi, auditique sunt. Summa orationis erat. Advenisse se à Monasterensi populo missos, causam humiliter scificatum, cur in convocandis ad Comitia Ordinibus patriæ, contra formam à majoribus hucusque observatam immerentes præteriti, imò nec ad ipsum quidem conventum usitato more acciti essent, arbitrari id hactenùs fecisse Monasterium, quod Urbem Principi devotam adduceret.

37.
*Princi-
pis in eos se,
investi-
va.*

Enimverò *Christophorus Bernardus* vix initio dissimulata offensione, mirari causas in promptu eſe, uti publicas, ita nulli non cognitas, perspectasque. Ante oculos omnium versari turbas elapsa

1654.

elapsâ nuper-aestate potissimum à Monasteriensi populo fotas; Senatores pestem hanc impane graſari, convelli statum, trænquillitatémq; Civitatis quotidie labefactari passos; ipsum seditionis Principem, perduellelémq; Mallingcrotium, iam ante sacris interdictum, apud se aſſervatſe, ſecus quam oportebat Civitatem Sacramento Praefuli adſtrictam; mandatis ſuis ob frivola quædam diverticula non obtemperatum, ministros gravi utiq; & ſui & illorum injuria indignè, conuolumloſeq; habitos; impiam, inauditamque illam septimâ Octobris ſeditionem inſpectante Senatu toleratam, neque in authores hætenus animadversum. Imò calumnias ac convitia circa metum, reſpectumque ſui, ceu Praefulis ac Principi, adhuc quotidie cumulari. Quin etiā ea, quæ commiſſa ſint ante, vel indies adhuc committantur facinora, non modā civiſ aut Senatu non reluctantē, ſed cum utriuſq; tripudio quaſi ac plauſu hodie dū circumferri: aliāq; id genus contraria hominibus, qui plebiſ prefeti, ſubditiq; Princiſ forent, palam admiſſe; & ex eo meruiſe Civitatem, quæ a Comitiis excludatur.

Hanc exprobrationem Monasterienſes haud demiſſe ſatis deprecati ſunt, ſed Monita respondere, ut pleraq; abſ ſe facta perſterient, multa iuterpretarentur, aliqua ſium.

non

1654.

non abnuerent, sed jure patrata affirmarent; cumque servato juris ordine nondum hactenus audit, neque culpæ alieniūs convicti, damnatiq[ue] essent, longè alia sperare se; sin secūs; de infractis juribus protestari; & si nihilominus præteritâ civitate Comitia celebrentur, quidquid demùm statui contigerit, nunquam id gratu[m], ratu[m]ve habituros; nec enim passurum Senatum, Populumque Monasteriensēm de privilegiis suis carpi quidquam. At ubi Principem conspexere sui ut antea propositi tenacem, tertiam, ex qua veniebant, luce redierunt. Abeuntibus autem Monasteriensibus Comitia cæpta sunt, ac brevi terminata. In iis potissimum ob finitos motus de foedere cum externis Principibus ineundo, de patriæ præsidio ac stipendio militiæ tractatum. Principi pecuniæ in singulos menses ab Ordinibus attributæ, quibus partim levarentur onera patriæ, partim tria peditum millia, ac mille equites alerentur.

38.

*Tandem
Senatus
serio in-
quirit in
superæ
Seditio-
nis reos.*

At verò Senatus Monasteriensis, certus jam, haud aliâ, quam reorum studiosâ inquisitione placabilem esse Principis animum, diversos quotidie ad Tribunal evocabat, quætionibus eorum, qui accusabantur, responsisque sedulò intentus. Sed dum ab objectis se criminibus versutiores explicant, in pernegando non pauci persistunt,